

notarii de Viterbio sub die... [sic] mensis julii 1517 subscripto et recognito plene constitit, respective promiserunt in totum constituen. summam 9500 ducatorum similium.

D. Rainerius Capoccia civis Viterbien. ut principalis et privata persona promisit pro summa 500 duc. presentibus D. Rosello de Rosellis prefato et Prospero de Sinibaldis clerico Oximan. et Vicentio de Speronibus laico Immolensi testibus etc.

Die XII dicti mensis.

D. Raphael Casalius	civis Romanus	promisit pro summa	3000 duc.
D. Virgilius de Cinciis	civis Romanus	» »	2000 »
D. Dominicus de Maximis	» »	» »	5000 »
D. Antonius de Fabiis	» »	» »	1000 »
D. Marianus de Astallis	» »	» »	1000 »
D. Hieronimus de Picchis	» »	» »	1000 »
D. Bap ^{ta} Palinus	» »	» »	4000 »
D. Petrus Paulus Castellanus	» »	» »	2000 »
D. Marius Scappuccius medic. doct.	» »	» »	1000 »
D. Marchus de Cosciaris	» »	» »	3000 »
D. Alexander Miccinellus	» »	» »	1000 »
D. Marianus Castellanus	» »	» »	2000 »
D. Aloysius Mathutius	» »	» »	1000 »
D. Petrus Magdalenus	» »	» »	1000 »
D. Jacobus de Fregiapanibus	» »	» »	3000 »
D. Jo. Bap ^{ta} de Theodoris phisicus	» »	» »	1000 »
D. Honofrius de Fabiis	» »	» »	2000 »
D. Franc. Tomasius civis Romanus pro summa 2000 duc. presentibus			
D ^{no} Philippo Attono et Benedicto de Ballis laico Bononiensi testibus ad premissa vocatis et requisitis.			

Die XIII julii 1517.

D. Franc. de Lenis	civis Romanus	pro summa	1000 duc.
D. Marius de Carronibus	» »	» »	2000 »
D. Hieronimus Salamonus	» »	» »	1000 »
D. Andreas Carosius	» »	» »	1000 »
D. Jo. Petrus Cafarellus	» »	» »	4000 »
D. Fabius de Montebono	» »	» »	1000 »
D. Georgius de Sancta Cruce civis Romanus pro summa 4000 duc. presentibus supra proxime testibus.			

Die XIII julii 1517.

D. Petrus Antonius Mathei civis Romanus pro summa 2000 duc.
D. Cyriachus Matheus civis romanus pro summa 1000 duc. et R^{di} patres Dⁿⁱ Cesar de Riario patriarcha Alexandrinus et Augustinus Spinola episcopus Perusinus prefatos Petrum Ant^m de Ciriachum indemnes relevare promiserunt, iurarunt etc. presentibus D. Bene-

dicto de Ballis civi Bononien. et Ugone Antonii clerico Lugdunensi testibus.

D. Marchus magistri Simonis civis Romanus pro summa 2000 duc. presentibus quibus supra.

Die XV dicti.

R^{di} patres domini Cesar Riarius patriarcha Alexandrinus, Octavianus episcopus Viterbiensis, Gisbertus episcopus Rapolanus, Ant. Jacobus episcopus Camerinensis, Augustinus episcopus Perusinus, Altobellus episcopus Polen., Jo. Bap^{ta} episcopus Sulmonensis, Hieronimus episcopus Aretinus, Thomas episcopus Saonensis, Jo. Bap^{ta} episcopus Auximanens., Franciscus Spinola prothonotarius apostolicus, Petrus Paulus episcopus Esinus certiorati per nos notarios etc. de obligationibus et fideiussionibus predictis pro summa 150000 ducatorum sic ut premittitur respective dat. sponte etc. approbarunt dictos fideiussures in forma sub penis camere se obligantes iurarunt etc. presentibus D. Paulo Blondo cive Romano et D. Bernardino de Contreras scriptore apostolico testibus etc.

Die XI dicti.

Cerciorati per nos notarios etc. infrascripti officiales promissores, quod D. R. de Riario olim card^{lis} Stⁱ Georgii ad presens in carceribus in castro Stⁱ Angeli de Urbe detemptus pro eius ex dicto castro relaxatione et liberatione tenetur dare idoneas fideiussiones pro summa et quantitate 50000 ducatorum auri in auro di camera solvend. S. D. N. in festo omnium sanctorum proxime futuro cum certis pactis et conditionibus in supra nominatis capitulis latius expressis ad que fideiussures infrascripti relationem habere voluerunt: hinc est quod infrascripti fideiussures et promissores ad preces prefati D. R. scientes etc. sponte etc. promiserunt et quilibet eorum promisit pro infrascriptis pecuniarum summis inferius annotatis solvendis in festo omnium sanctorum proxime futuro eidem S. D. N., ut prefertur, pro quibus observandis se in pleniori forma camere obligarunt et quilibet eorum respective se obligavit cum clausulis consuetis et constituendo eorum procuratores irrevocabiles ad resignandum infrascripta eorum offitia respective in illius favorem in cuius S. D. N. videbitur et placebit in eventum non solutionis infrascripte summe per eos respective promisse iurarunt etc.

D. Federicus Flavius Fulginas, scriptor archivii Rom. curiae, promisit et se ut supra obligavit pro summa 500 duc. non tamen cum constitutione procuratoris ad resignandum etc.

D. Ferdinandus de Acre scriptor brevium pro summa 500 duc.

D. Antonius Venantius S. D. N. accolitus » » 500 »

D. Petrus Franc. de Costa S. D. N. scutifer et natus sexdecim annorum vel circa ac renuncians beneficio minoris etatis cum assensu et presentia D. Petri de Costa eius patris pro summa 500 duc.

R^{du}s pater D. Honofrius de Ursinis prothonot. et secretarius apostolicus pro summa 2000 duc.

D. Julius de Narnia camere apostolice notarius pro summa 500 duc.
 D. Donatus camere apostolice notarius pro summa 500 duc. presentibus D^{nis} Philippo Attono et Bened. de Ballis Bononien. testibus etc.

Die XII dicti mensis.

D. Joh. Sances scriptor apostolicus et cubicularius apostolicus pro summa 1000 duc. non tamen cum constitutione procuratoris ad resignandum.

D. Anthonius de Alexiis de Narnia not^s auditoris 500 duc. non tamen cum constitutione procuratoris ad resignandum etc., quem R^{duc} pater D. Franc. Spinola indemnem relevare promisit et iuravit.

D. Berengarius Serra scriptor archivii et cubicularius apostolicus pro summa 1000 duc.

D. Camillus de Leazariis scriptor apostolicus et scutifer, portionarius et presidens annone pro summa 1000 duc.

D. Julianus Cecius scriptor archivii et litterarum apostolicarum sollicitator pro summa 500 duc.

D. Hieronimus de Urigiis de Trevio collector plumbi pro summa 500 duc.

D. Gabriel Minutulus scriptor brevium pro summa 500 duc.

D. Matheus Bongianus turris None soldanus et D. Thomas eius frater presidens annone promiserunt.. pro summa 1000 duc.

D. Raimundus de Capiteferreo scriptor archivii et scutifer S. D. N. pro summa 500 duc.

D. Jo. Petrus de Cingulo procurator penitentiarie pro summa 500 duc.

D. Jacobus Simoncinus serviens armor. » » 500 »

D. Franciscus Carretta serviens armorum » » 500 »

D. Perseus Bucchanus cam. apost. notar. » » 1000 »

D. Michael Mieres portionarius ripe » » 250 »

D. Lucentius de Cosciaris subdiac^s apost. » » 1000 »

D. Guillelmus Beltrandi abbreviator de minori » » 1000 »

D. Franc. Palavicinus notarius rote » » 500 »

D. Petrus Paulus Veccia scriptor archivii et presidens ripe pro summa 500 duc., non tamen cum constit^{ne} procurat^{is} ad resignan.

Continúan aún las sumas siguientes de oficiales de semejante posición y categoría: 500 duc., 750 duc., 500 duc., 1000 duc., 1000 duc., 500 duc.

Die XIII dicti mensis julii.

500 duc., 500 duc., 500 duc., 500 duc. (Benedictus de Costa scriptor brevium natus XII [sic] annorum cum consensu patru), 500 duc., 500 duc., 1000 duc.

Die XII julii.

250 duc., 250 duc. (Hercules Cantacusinus litt. apost. sollicitator), 500 duc., 500 duc., 500 duc., 1000 duc., 500 duc., 500 duc., 1000 duc.,

500 duc., 500 duc., 500 duc., 500 duc., 500 duc., 500 duc., 1000 duc., 500 duc., 500 duc., 500 duc., D. Jo. Bap^{ta} de Saldonibus scutifer... pro summa 1000 duc. et D. Cesar patriarcha Alex. et Augustinus Spinola eundem... indemnem relevare promiserunt... [In margine sinistra:] Die 28 novembr. 1517 D. Rogerius Saldonus sollicitator promisit pro superscripto Jo. Bap^{ta} fratre suoolvere duc. 400 in festo resurrectionis... [In margine dextra:] Die 13 octobr. 1517 D. Didacus de Acre scriptor archivii promisit pro 300 duc. pro inscripto Jo. B^{ta} Saldono...

Die XIV dicti mensis.

R^{duc} pater Nicolaus de Capranica episcopus Neocastrensis secretarius apost. pro summa 2000 duc. [salieron fiadores otra vez el patriarcha Alexandrin. y Augustinus Spinola episc. Perusinus]. Paulus Blondus secret. apost. pro summa 1000 duc., otro 1000 duc., otro 500 duc. D. Petrus Coptius de Narnia scriptor registri bullarum pro summa 500 duc., otro 250 duc., otro 500 duc., otro 500 duc., otro 500 duc., otro 1000 duc., otro 500 duc., otro 500 duc., otro 500 duc., otro 750 duc., otro 500 duc.

Die XV dicti.

Otro 2000 duc., otro 500 duc., otro 1000 duc., otro 1000 duc.

Dicta die.

Constitutus coram nobis notariis etc. D^{nus} Raphael de Riario olim card^{us} stⁱ Georgii citra etc. constituit suos veros legitimos et indubitatos procuratores etc. r^{dos} patres d^{nos} Cesarem de Riario patriarcham Alexandrinum absentem etc., Altobellum episcopum Polensem presentem etc. et quemlibet eorum in solidum specialiter et expresse ad ipsius constituentis nomine et pro eo requirendum et rogandum r^{dos} dom. cardinales in capitulis nominatos ut ipsi cardinales pro se ipsis promittant et iurent prout latius in capitulo continetur. Necnon ad requirendum et rogandum magnificos principum oratores in capitulis etiam nominatos, quod oratores ipsi promittant verbis et vice principum suorum, quod D^{nus} R. constituens servabit promissa et quod dicti oratores respective curabunt apud principes suos omni studio, opera et diligentia, quod promittent, approbabunt et ratificabunt prout latius in dictis capitulis continetur, ad que dictus constituens relationem haberi voluit et mandavit promittens de rato et cum clausulis consuetis iuravit etc. presentibus Rome in castro Stⁱ Angeli D^{no} Dominico Colecta canonico Senen. et Ugolino Tesco canonico Urbevetan. testibus etc.

Dicta die.

Consequenter dicti D. Cesar et Altobellus procuratores personaliter in nostri presentia etc. pro executione premissorum adiverunt ill^m D^{num} Comitem Albertum de Carpo Cessaree Maiestatis oratorem, quem personaliter in eius domo repertum nomine dicti Dⁿⁱ R. constituentis requi-

siverunt, ut contentaretur promittere S. D. N. verbis et vice Cesaree Mtis, quod prefatus R. constituens servabit promissa per eum S. D. N. facta et quod dicta Cesarea Mtas infra quatrimestre hoc idem ratificet etc. Qui Dnus Albertus orator sic ut premittitur requisitus nomine sui principis promisit S. D. N. et nobis notariis etc... Rome in domo solite habitationis dom. Jo. Ant^o Austone Carpen. nullius dioc. et Angelo Saccazzino laico Carpen. testibus etc.

Die XVI julii.

Dicti procuratores... adiverunt rdum patrem D. Petrum de Orrea episcopum Siracusanum oratorem Catholici regis Hispaniarum, quem similiter requisiverunt ut supra etc. Qui... promisit... hac tamen conditione adiecta, quod dom. Hieronimus Vich collega suus ratificet suam huiusmodi promissionem... presentibus Dno Laurentio... [sic] prothonotario Licien. et Paulo Blondo testibus etc.

Successive... adiverunt dm Hieronimum Vich, qui... ratificavit et approbavit.

Eadem die.

Deinde... adiverunt magcum Dm N. [sic] oratorem regis Portugalie... Qui promisit... [semejantemente].

Dicta die.

Postremo... adiverunt... rdum patrem D. N. [sic] episcopum Vigornien. oratorem serenmi regis Anglie... [semejantemente].

Dicta die.

Dicti procuratores adiverunt... rdum cardlem Surrentinum qui... promisit prout in dicto capitulo continetur cum conditione, quod hoc idem alii cardinales promittant.

Dicta die.

Adiverunt rev. dom. cardinalem de Flisco..., cardlem ste crucis..., cardlem de Medicis..., cardlem Cibo..., cardlem sanctorum quattuor..., cardlem Anchonitan..., cardlem Grimmanum..., cardlem de Grassis..., cardlem Agennen.

Infrascripta sunt capitula et conventiones ineundae inter Sm D. N. et dnum Raphaellem de Riario olim cardlem Sti Georgii, quorum tenor sequitur et est talis.

Licet nuper tam ex propriis confessionibus Raphaelis de Riario presbyteri Saonen. tunc episcopi Ostien. cardlis Sti Georgii quam etiam ex aliis legitimis probationibus et processu contra eum factis et formatis plene constiterit per eum nonnulla excessus et crimina privatione digna perpetrata fuisse ac S. D. N. Leo divina providentia papa decimus in suo concistorio secreto (ut moris est) eundem R. per suam diffinitivam sententiam de fratrum consilio e assensu latam dignitate, ho-

nore, auctoritate et galero cardineo ac titulo, insigniis et privilegiis voceque activa et passiva omnibusque et singulis cathedralibus quibus preerat et aliis monasteriis dignitatibus etiam episcopalibus officiisque et beneficiis ecclesiasticis, que in titulum vel commendam seu quovis alio modo obtinebat privaverit et deposuerit ac privatum et depositum declaraverit, sibique ne de cetero Ste R. E. cardinalem se nominaret, gereret, scriberet et reputaret ac omnibus Christifidelibus ne eundem R. pro cardinale nominarent, tenerent, tractarent vel reputarent, inhiberint: tamen Stas Sua illum volens imitari, cuius vices gerit in terris et cuius proprium est misereri semper et parcere quique brachiis suis apertis omnibus se paratum ostendit ad recipiendum peccatores veniam suppliciter implorantes, animum suum ad parcendum eidem R. clementem et misericordem prebuit cum infrascriptis tamen conditionibus, videlicet:

Quod ipse R. teneatur fateri prout fatetur, quod infrascriptam restitutionem et rehabilitationem ex mera Sanctitatis Sue gratia et clementia obtinet, cum merito propter eius demerita erga Stem Suam fuisset, privatus, ac etiam fateri eandem Stem Suam erga eum maxima clementia ussum fuisse, et propterea promittere prout promisit et promittit, quod quamdiu ipse R. vixerit fidelis et prudens erit servus erga Stem Suam et pro ea semper Deum rogabit nec unquam de cetero non solum aget, sed nec etiam cogitabit aut machinabitur adversus eam aut eius consanguineos et affines ac illmam Medicum familiam nec etiam ipse R. per se vel alium seu alios nuntios seu litteras aget aut tractabit quicquam cum aliquo principe Christiano, communitate et dominio, cardinali seu cardinalibus aut aliis prelatibus nisi de rebus suis propriis privatis domesticis et familiaribus.

Item quod ipse R. eidem Sanctitati Suae summam 150000 ducatorum auri de camera in tribus terminis solvere teneatur et obligatus sit et ad id se efficaciter obliget et de illis in dictis terminis solvendis idoneas cautiones partim per bancharios partim vero per officiales Rom. curiae prebeat ac dare et prebere promittat quorum singulorum officia duplum saltem valeant eius quod quilibet eorum promittet. Et primo pro primis 50000 ducatis teneatur facere, quod dom. Augustinus Ghisius bancharius confiteatur habere illos in depositum ad instantiam dicte Sanctitatis Sue per eum eidem solvend. prout infra dicitur.

Item quod ipse R. antequam liberetur a carceribus et libertati restituatur, teneatur et debeat dare securitatem partim banchariorum idoneorum et probatorum, partim vero officialium Rom. cu[rie] idoneorum, qui promittant eidem S. D. N. solvere dictos alios 50000 ducatos in proxima futura celebritate omnium Sanctorum ipsique officiales ultra medietatem valoris officiorum promittere non possint ut prefertur.

Item quod teneatur dare cautionem idoneam de solvendis dictis reliquis 50000 ducatis in festo resurrectionis dom. nostri Jesu Christi proxime futuro etiam partim per bancharios, partim per officiales Rom. curiae, quorum singuli promittere non possint ultra medietatem valoris

officiorum que obtinent, et si contingeret aliquem officialem ex officialibus expromissoribus datis decedere, tunc loco decedentis huiusmodi teneatur dare alium eque idoneum, qui surrogetur loco defuncti, ipsique officiales sic dati teneantur constituere procuratorem inrevocabilem ad vendendum officia pro satisfactione summe per eum promisse in eventum in quem summam per eos promissam non solverent aut solvi facerent, et ex pretio officii tunc venditi summa promissa eidem Sanctitati Sue persolvatur, residuum pretii predicto officiali cuius officium erat dari debeat.

Item quod ipse R. teneatur dare bonas sufficientes et idoneas cautiones pro summa et quantitate 150000 ducatorum de non recedendo ullo unquam tempore ab obedientia S^{uis} Sue et de non recedendo de locis assignandis per eandem Sanctitatem Suam in dominio temporali ecclesie absque eius expresso mandato et licentia in scriptis prestando. Et quod perpetuo erit bonus et perpetuus servitor S^{mi} D. N. pape itaque nihil unquam aget aut machinabitur sive machinari attemptabit contra personam, dignitatem aut statum Sanctitatis Sue aut S^{te} Rom. Ecclesie nec ulla in re contraveniet voluntati Sue Beatitudinis, sed in omnibus morem geret et obediet ei ut bonum et devotum servitorem decet in quocunque statu et dignitate fuerit ac eum esse contigerit.

Item quod dictus R. teneatur facere quod sacrum collegium cardinalium videlicet cardinalis sancte Crucis, Grimanus, Surrentinus, Fliscus, Monte, Anthonitanus, Grassis, sanctorum quattuor, Farnesius, Cornelius, Medices, Cibo, qui interfuerunt sententie privationis, et cardinalis Agennensis, qui tunc presens non fuit, promittant ad eius preces, quod ipse R. servabit omnia supradicta et in eventum in quem illis seu alicui ex eis contraverit quod habebunt eum semper pro privato et ligato omnibus censuris et penis in dicta sententia contentis, et eum ut talem donec vixerint evitabunt et quantum in eis erit persequentur et sententiam predictam ad unguem servabunt et ita illam servare iurabunt et ad id proprio iuramento se astringent nec illius relaxationem inpetrabunt nec illa ab aliis pro eis inpetrata utentur seu alias uti promittent [sic; = permittent?] publice et secrete ac in communi et nominibus propriis ut singuli promittent quod ipse R. omnia et singula supradicta pure, simpliciter ac libere observabit.

Item quod dictus R. teneatur facere et curare cum effectu quod oratores principum Maximiliani in Imperatorem electi, Francorum Christianissimi et Caroli Hyspaniarum Catholici et Henrici Anglie ac Portugalie et Algarbiorum regum illorum et domini Venetorum promittant verbis et vice principum suorum, quod ipse R. omnia et singula supradicta pure, simpliciter et libere servabit et casu quo non servaret quod ipsi principes eum in regnis et dominiis suis non recipient, sed potius rejicient, persequentur et capient et incarcerabunt et alia facient prout idem S. D. N. eis mandabit, habendo ipsum R. in eum locum in quem S^{tas} Sua habendum esse declarabit, et preter hoc idem R. statim et eo ipso absque alia citatione et declaratione desuper fienda reincidet in om-

nes et singulas penas ac censuras alias in dicta sententia privationis contra eum concistorialiter lata contentas. Et quod ipsi principes ex tunc de cetero eundem R. pro cardinali non nominabunt nec tenebunt, tractabunt vel reputabunt, sed pro privato et omnibus censuris et penis in sententia privationis contentis ligatum quoad vixerit habebunt et eum evitabunt et quantum in eis erit persequentur et sententiam privationis ad unguem servabunt nec in eventum contraventionis huiusmodi eidem S^{ti} Sue et successoribus suis pro eo super predictis supplicabunt. Et quod ipsi principes infra quatuor menses proxime futuros expresse ratificabunt dictum capitulum in eorum literis vel instrumentis desuper conficiendis inserendum.

Item quod promittent nomine quo supra prefati oratores, quod prefati principes sui non instabunt apud Sanctitatem Suam pro obtinenda uberiori gratia tam de persona quam de aliis rebus ipsius R., quam in presentibus capitulis continetur.

Item quod si super contraventione et aliis in supradictis capitulis contentis oriretur aliqua dubitatio seu disceptatio, stare debeat libere declarationi et dicto extrajudiciali eiusdem S. D. N. quibuscunque exceptionibus, allegationibus et oppositionibus ex quacunque causa et grandi et inexcogitata consideratine tam iuris quam facti et alias quomodolibet nequaquam obstantibus.

Die XVII. mensis julii MDXVII.

Constitutus coram nobis etc. d^{nus} R. de Riario olim card^{lis} S^{ti} Georgii presens sponte etc. visis prius dictis capitulis et eis per nos notarios sibi intelligibiliter lectis, fassus est, promisit ac teneri voluit respective in omnibus et per omnia prout supra in dictis capitulis continetur, pro quibus firmiter observandis et adimplendis se in pleniori forma camere obligavit cum clausulis solitis et consuetis in instrumentis in forma camere apponi solitis et consuetis, dans et concedens nobis notariis infrascriptis licentiam et facultatem extendendi presentem promissionem et obligationem in pleniori et ampliori forma ad sensum sapientis totiens quotiens ante vel post publicationem instrumenti non mutata substantia veritatis, ita quod omnino subsistat iuravit corporaliter tactis scripturis. Presente dom. Mario de Peruschis procuratore phiscali pro dicto S. D. N. recipiente. Acta fuerunt hec Rome in castro S^{ti} Angeli in sala magna presentibus ibidem d^{no} Dominico Colecta canonico Senen., Ugolino Theseo canonico Urbevetano ac Anselmo Thome clerico Narnien. et Ludovico Caramelli de Riconisio clerico Taurinen., testibus etc.

Infrascripte sunt gratie impetrande per dom. Raphaellem de Riario a S^{mo} D. N. papa.

Sanct^{mus} autem D. N. ex sua liberalitate primo erit contentus promittere non levare depositum 50000 ducatorum penes dictum dom. Augustinum ad instantiam Sue Sanctatis existens, nisi postquam S^{tas} Sua restituerit eundem R. ad pristinam famam, honorem, dignitatem et libertatem ac officia etiam cardinalatus preter tamen vocem activam et passi-

vam tam in electione Romani pontificis quam in aliis rebus in quibus cardinales votum prestare debent aut soliti sunt quibus eadem Stas eundem R. carere vult et intendit, donec et quousque aliud clementie sue visum fuerit et placebit, et beneficia, indulta, pensiones et fructuum ecclesiasticorum loco pensionis reservationes et alias ad eum statum in quo erat ante privationem in omnibus, et per omnia ac si dicta privatio subsecuta non esset et prout in litteris apostolicis desuper conficiendis latius exprimetur, quas idem R. infra mensem expedire teneatur et si per eum steterit, quominus illas infra dictum mensem expediet, extunc liceat eidem Stⁱ Sue dictum depositum libere petere et recipere.

Item quod eadem Stas Sua debeat eidem R. concedere, quod possit transferre in quascunque personas omnes et singulas pensiones ac fructuum reservationes super quibusvis cathedralibus etiam metropolitanis ecclesiis, monasteriis et quibusvis aliis beneficiis ecc^{cl}is alias apostolica sibi auctoritate assignatis in totum vel in partem etiam si in illarum reservatione non fuisset sibi concessa facultas illas transferendi, dummodo illi, qui pensiones seu fructus huiusmodi eidem R. solvere tenentur, fuerint pro parte dicti R. requisiti et ipsi noluerint pensiones seu reservationes fructuum huiusmodi extinguere quodque possit ipse R. regimini et administrationi ecclesiarum ac illarum et monasteriorum ac quorumcunque beneficiorum ecc^{cor}um cuiuscunque qualitatis fuerint commendis in favorem quaruncunque personarum per eundem R. nominandorum cedere ac Stas Sua cessiones huiusmodi admittere et de personis per ipsum R. nominatis ecclesiis et monasteriis huiusmodi providere aut illa et alia beneficia huiusmodi personis nominatis conferre seu commendare debeat ipseque R. a personis, de quibus ecclesiis et monasteriis huiusmodi provisum fuerit seu quibus illa collata seu commendata fuerint, fructus ecclesiarum et monasteriorum et beneficiorum fructus huiusmodi personis, cum quibus conditionem suam poterit efficere meliorem, ad affirmam seu annuam pensionem seu prestationem locare et ab eisdem personis anticipata solutione non tamen ultra sex annos recipere seu etiam fateri illos recepisse et ad standum locationi et solutionis anticipationi huiusmodi se et suos successores obligand., prout inter ipsum R. et illos quibus fructus predictos anticipata solutione locaverit conventum et concordatum fuerit, libere et licite valeat absque labe simonie.

Item quod prefatus Sⁿus D. N. concedat eidem R. quod possit omnibus regressibus et accessibus ac indultis uti, que ante privationem huiusmodi sibi concessa fuerant et quibus ante dictam privationem uti poterat, preter vocem tamen activam et passivam tam in electione Romani pontificis quam in aliis rebus, quibus eadem Stas Sua eundem R. carere vult et intendit, prout litteris restitutionis desuper expediendis latius explicabitur.

Item quod Stas Sua debeat dare super omnibus premissis et eorum singulis signaturas oportunas et necessarias cum clausulis et derogationibus opportunis et necessariis.

Item quod Stas Sua debeat ad omnem liberam requisitionem et voluntatem dicti R. et agentium pro eo premissa exequi, dummodo ipse antequam liberetur de dicto castro Stⁱ Angeli infra mensem a die presentis stipulationis et contractus computandum premissa omnia et singula adimpleat presertim quod prestet dictas cautiones de solvendo 50000 ducatorum in celebratione omnium sanctorum et alia 50000 in festo resurrectionis huiusmodi.

[Fol. 163 f:] Die XVII julii 1517.

[In margine:] Constitutio procuratoris. Después hay media página en blanco. En la mitad de la página hay: Die XXIII julii 1517. R^mi, Dⁿⁱ A. tituli St^e Praxedis presbyter card^{lis} et N. card^{lis} Cornelius certificati per nos de contentis in dictis capitulis promiserunt et iurarunt prout in dictis capitulis, presentibus in concistorio d^{no} Philippo Adimaro et Andrea de Albizzis S^mi Dⁿⁱ N^{ri} camerariis.

Dicta die.

R^mi dⁿⁱ card^{les} omnes coram S^{mo} D. N. in concistorio collegialiter congregati promiserunt illud idem et iurarunt, quod singulariter in eorum domibus promiserant et iuraverant. Promiserunt insuper et iurarunt quod dictus R. de Riario non discedet ex palatio apostolico sine expressa licentia et mandato S^mi D. N^{ri} presentibus quibus supra proxime.

Die XXIII julii 1517.

Constitutus coram nobis notariis infrascriptis etc. r^{du}s pater dom. Cesar de Riario patriarcha Alexandrin., Augustinus Spinola episcopus Perusin., Octavianus episcopus Viterbien., Petrus Paulus episcopus Exinus [sic], Antonius Jacobus episcopus Camerinen., Thomas episcopus Saonen., Galeatius de Riario, Isbertus episcopus Rapollanus, Hieronimus Piccholomineus episcopus Ilcinen., Altobellus episcopus Polen., Hieronimus episcopus Aretin., Gabriel episcopus Calven., Franciscus Spinola prothonotarius apostolicus et Jo. Bap^{ta} episcopus Ausiman. sponte promiserunt et quilibet eorum promisit S^{mo} D. N. et nobis notariis etc. d^{no} Mario de Peruschis procuratore phiscali presente et pro dicto S^{mo} D. N. recipiente, quod d^{nu}s R. de Riario prefatus non discedet ex palatio apostolico hic in Urbe existenti sine expresso concensu licentia et mandato S^mi Dⁿⁱ N^{ri} sub infrascriptis penis et pecuniarum summis per eos respective promissis eo ipso in casu contraventionis per eos respective incurren., obligantes se in pleniori forma camere iurarunt etc. presentibus Rome in palatio apostolico d^{no} Bernardo Cardulo canonico Narrien. et Paulo de Corradinis cubiculariis apostolicis testibus etc.

D ^{nu} s Cesar patriarcha		pro summa 10000 duc.
Augustinus episcopus Perusin.	»	» 10000 »
Octavianus » Viterbien.	»	» 10000 »
Petrus Paulus » Esinus	»	» 5000 »

Ant. Jacobus episcopus Camerinen.	pro summa	5000 duc.
Thomas » Saonen.	» »	5000 »
Galeatius de Riario	» »	5000 »
Isbertus episcopus Rapollan.	» »	5000 »
Hieronimus » Ilcinen.	» »	5000 »
Altobellus » Polen.	» »	10000 »
Hieronimus » Aretin.	» »	5000 »
Gabriel » Calven.	» »	5000 »
Franc. Spinola prothonotarius	» »	10000 »
Jo. Bapt ^a . episcopus Ausiman.	» »	5000 »

Die XXX iulii 1517.

R^{du}s pater d^{nu}s Cesar patriarcha Alexandrinus procurator et eo [sic] nomine r^{mi} dⁿⁱ Raphaelis episcopi Ostiensis card^{lis} adivit mag^{cu}m virum d. Marchum Mumium oratorem ill^{mi} domini Venetorum, quem personaliter in domo eius solite habitationis repertum nomine quo supra instantissime requisivit, ut contentaretur promictere S^{mo} D. N. et nobis notariis etc. verbis et vice ill^{mi} domini Venetorum, quod prefatus r^{mus} dom. R. Cardinalis servabit promissa per eum S^{mo} D. N. facta et quod idem dominium hoc idem infra quatrimestre ratificabit etc.

Qui d^{nu}s Marchus orator sic ut premittitur requisitus promisit... presentibus d^{no} Hieronimo Dado dicti oratoris secretario et d^{no} Fabiano Vigili archipresbytero Spoletano testibus etc.

Dicta die.

Lo mismo que arriba: ...r^{du}m patrem d^{nu}m Dionisium episcopum Maclovien. et mag^{cu}m virum d^{nu}m Matheum de Villabram oratores Christianissimi regis Francorum, quos in domo eorum solite habitationis ut supra similiter requisivit... promisit nomine Christianissimi regis [lo mismo que arriba].

Die XV septembris 1517 exhibita et presentata fuit pro parte supradicti r^{mi} d. card^{lis} ratificatio seu ratificationis instrumentum christianissimi regis Francorum tenoris subsequentis videlicet:

Franciscus Dei gratia Francorum rex, Mediolani dux et Genue dominus universis presentis litteras visuris notum facimus et nos debite certiorati de clementia, misericordia ac gratia, qua summus pontifex Leo decimus usus est in cardinales s^{ti} Georgii et de Sauli cum certis restrictionibus et limitationibus... Cum vero Dionisius episcopus Maclovien. et Mace [sic] de Villebresine oratores nostri apud sedem apostolicam ad dictorum cardinalium instantiam superius dicta promiserint, nos igitur, Summo Pontifici necnon dictis cardinalibus morem gerere cupientes, rata firma et grata que per dictos oratores nostros facta extitere habemus illaque observare promictimus et pollicemur. In cuius rei testimonium has presentes manu nostra subsignavimus et sigillo nostro muniri iussimus. Dat. Rothomagi die XVI mensis augusti anno dⁿⁱ 1517 et regni nostri 3^o... Francoys.

Die XV sept. 1517.

Exhibita et presentata fuit pro parte supradicti r^{mi} dⁿⁱ cardinalis infrascripta ratificatio seu instrumentum ratific^{nis} et promissionis ill^{mi} domini Venetorum tenoris infrascripti: Leonardus Lauredanus Dei gratia dux Venetorum etc... laudamus, approbamus et ratificamus... Datum in nostro ducali palatio die XXII augusti 1517...

Sigue en lengua española la ratificación del rey de Castilla, Aragón, Sicilia, etc... d. d. En Medianburch a XXVIII dias del mes de Agosto 1517.

Cop. (?) en el *Archivo secreto pontificio* Arm. IV, caps. III, f. 152—165^b.

44. El Papa León X restituye al cardenal depuesto Rafael Riario ¹

Roma, 24 Julio 1517.

Leo etc. Ad fut. rei mem. Precellens auctoritas... Sane cum nuper ven^{lem} fratrem Raphaellem de Riario episcopum Ostien. cameraarium nostrum S. R. Ecclesie card^{lem} s^{ti} Georgii nuncupatum propter crimen lese maiestatis per eum in personam nostram commissum per nostram diffinitivam sententiam de fratrum nostrorum consilio et assensu latam dignitate honore auctoritate et galero card^{lis} S. R. E. ac titulis insigniis privilegiis et voce activa et passiva necnon omnibus ordinibus ac metrop^{nis} et cath^{bus} quibus preerat aliisque ecclesiis titulis et monasteriis dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque que in titulum vel commendam aut administrationem seu quovis alio modo obtinebat necnon quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis etiam loco pensionum annuarum ac pensionibus annuis super similibus fructibus sibi reservatis apostolica auctoritate privavimus et deposuimus ac privatum et depositum declaravimus sibique ne de cetero pro s^{te} R. Ecclesie card^{li} se nominaret gereret scriberet et reputaret ac omnibus Christifidelibus ne eundem Raphaellem pro card^{li} nominarent tenerent tractarent vel reputarent inhibuimus, ac ipsum Raphaellem degradavimus et curie seculari tradi mandavimus, nosque postmodum volentes imitari vestigia illius cuius vicem in terris gerimus, qui pro persecutoribus suis oravit ad patrem, ac bonum pro malo retribuere, deliberavimus cum eodem Raphaelle uti misericordia et clementia, habita super hiis cum fratribus nostris deliberatione matura de eorundem fratrum consilio ac de apostolice potestatis plenitudine eundem Raphaellem card^{lem} iuxta tamen nonnulla capitula conventiones et condiciones inter nos et eundem Raphaellem card^{lem} nuper inita et firmata et in quodam instrumento publico per duos camere apostolice notarios videl. dilectos filios Donatum Vulterrannum et Julium de [un claro en el texto] rogato contenta, quibus nullo pacto preiudicare intendimus, quinimo ea omnia prout conventa fuerunt inviolabiliter observari debere decerni-

(1) Cf. vol. VII, p. 185.